e-codices

hoīez interiorē et exteriorē ut sc̄z hō
exterior nō impediat hoīez interiorē
in suis exerciciȷ̄s ut sic possit in deum
ascendere et se eleuare sicut aquila
Q̄to requirit̄ ut tales t̄bulacōes quas deꝰ
pmissiue infert vō ul̄ facto cū pacien
cia recipiat̄ et gaudio Sed hoc ēē nō
pt̄ nisi homo aliqualit̄ experiat̄ dulce
dinem illiꝰ vite pfecte Querit bt̄ꝰ
augꝰ q̄re tp̄e passiōis xp̄i oēs discipuli
xp̄m dimiserant Rn̄deo qꝫ ptp̄e illo
lumen fidei in cordibꝫ eorꝫ fuerat ex
tinctū q̄re etꝫ petrꝰ cū aliȷ̄s discipulis
post passiōꝫ xp̄i ad piscacōꝫ rediȷ̄t Alia
rō est qꝛ pꝰ passiōꝫ xp̄i dulcedinē spūs
sc̄i inexperti erant unde pꝰ r̄cepcōꝫ
spūs oīa cū paciēcia receperunt Sed dico
qui vere libere ē spū oīa sibi illata
cum paciencia recipit ⸿

Querit̄ utrū aīa aliq̄o mō
possit hr̄e gignicōꝫ dei ul̄ creature
Hic rogo ut vr̄a mea nō male capiat̄
qꝫ an̄ declaracōꝫ ipoꝝ hoī posset bn̄
occurrē qꝫ hoc ēēt impossibile tn̄ ipsa
materia exposita non erit dubium
In illa g̊ q̄stione sic procedam qꝫ primo
videbo quid ad talem gignicōꝫ requirit̄
vl̄ vnde originē sumat 2° q̄ sit causa
q̄re aīa vnū plꝰ qꝫ aliud 3° an partu
ricio aīe qua deū parit sit cōtinua
et ppetua an nō De p̄mo quid ad hoc
requirat̄ ut aīa deū pariet et q̄d sit
ul̄ vnde noīet̄ partꝰ Dico qꝫ ad illa
particōꝫ 4or rq̄rit̄ cōcurrunt P̄mo qꝫ aīa sit
posita in silencio 2° qꝫ sit diuino amorē
accensa 3° qꝫ sit deoī eo qꝫ nō est mōtiuū
4to qꝫ sit in se recollecta quantū ad omēs
vires P̄mo dico qꝫ ad illa gignicionem
requiritur ut aīa habeat verū silenciū
ut sc̄z vis sensitiua desistat a sensibiliū
exteriorū apphensione vis ymagina
tiua a fantasmatū formacione vis
memoratiua a pctōꝝ infestaciū recor
dacione et vis intellectiua a racionū
collacōe P̄mo g̊ vis sensitiua desistat
et taceat a sensibiliū apphensione extra
hendo sensꝰ exteriores ab oī re delectabili
et appetibili sola necessitate seu susteta
cione natū̄ cōcessa sine qua vinculum
vnionis inter aīaꝫ et corpꝰ durare nō

pt Species em̄ rerū sensibiliū ingredi
unt̄ ad aīaꝫ p aditū sensualē q̄bꝰ ingressis
i ipis delectat̄ sic pꝫ de visu qui rebus
in quibꝫ habet cōplacenciam abstrahit
similitudinē qua intrat sēsꝰ interiores
Vn̄ crisostomꝰ dicit Quid pdest certo
campū ornatū floribꝫ ostendere non
em̄ illo delectat̄ cū nō videat Sic est de
oībꝫ i mundo viuentibꝫ qui spūalibus
nō intenti ea nō sapiunt nec vidē nec
gustare ea n̄ pn̄t Et si spēs q̄ sic delecta
biliter visū intuebat̄ intrat ad animā
statim i aīa surgit q̄dā falsa iocunditas
et rumpit̄ silenciū 2° dico qꝫ tacē debet
ymaginatiua a fantasmatū formacōe
Officiū em̄ ipiꝰ est discurrē inter racionē
et sensū et quicqꝫ haurit p sensꝰ exteriores
statim representat racioni interiꝰ et defici
ente sensu ipi racioni ministrare n̄ cess
at siue desistit Nā hō in tenebris positus
nichil videt et tn̄ ibi existēs ymaginari
pt q̄d vult hinc ē qꝫ qn̄ oramꝰ ymagi
naciones seu turpes cogitacōes a corde
amouere debemꝰ 3° dico qꝫ tacere debet
vis memoratiua a pctōꝝ infestacione
ꝫ in incipientibꝫ facit p̄maꝫ multū utilis est
recordacō pctōꝝ cū detestacōe ut sc̄z ym
bribꝫ lacrimaꝝ ex recordacōe culpe pcedēs
ignem cōcupiscencie extinguat Q̄rto
tacere debet vis intellectiua a racionū coll
acione discurrit em̄ racō in cognicōe de cre
atura ad deū que nūc solū cognoscimꝰ p
speculū creature taceat g̊ et sedeat post
ponēdo suū discursū Tunc aut̄ sedere
dicit̄ qn̄ nō vagatur sensibꝫ nec ymagi
nacionibꝫ vtitur ꝫ supgredit̄ oēs creatas
vnā simplicē formā pura mentis acie
cōtemplando donec g̊ rō cōspexit hunc
discursū i aīa nec erit ibi verū silenciū
Erigat̄ g̊ rō in deū et conuertat se ad naꝫ
simpliciem si paucꝰ optat silenciū Sc̄do
dico qꝫ ad illam gignicōꝫ requirit̄ ut aīa
diuino amore sit accensa Sic em̄ cera
quadiu ē frigida est indisposita ad suscepcōꝫ
forme sigilli et p calorē reddit̄ disposita
et sic vapor calorem inclusū eleuat sic
mens siue feruor caritatis ē indisposita
ꝫ igne amoris succensa anima sup seipāꝫ
rapit et oēꝫ terreitate excludit Sm̄ em̄
phm̄ 4to metheroꝝ q̄dam ē nubes g̃uida
et aquosa et est q̄dam leuis et terrestris
Nubes grauis et aquosa parū eleuat̄

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20150v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20150v)